

Aug. 4.

Maximilianus Electus Imperator absolvit Gedanenses  
et Elbingenses à banno et aliis penis Camerae Imperialis,  
vetatq; ne contra ipsos ullo modo procedatur. Datum  
Viennae d. 4. Augusti Anno 1515.

121

Nos Maximilianus DEI Gratia Electus Romanorum  
Imperator semper Augustus, Hungariae, Dalmatiae Croatiaeq; Rex,  
et Archidux Austriae, Dux Burgundiae et Brabantiae, Nobili, houe-  
sto, nostro devoto et superius dilecto fideli Sigismundo Comiti de  
Hochhausen in presenti et futuro Caesarea Camerae nostrae iudici,  
nec non Nobilibus, honestis, devotis et dilectis fidelibus Assessoribus  
salutem. Moveri gravissimis rationibus decrevimus ac statimus,  
tibiq; exequendum mandamus, quatenus Consules, Status ac Com-  
munitas Civitatis Gedanensis et Elbingensis, à nostro Sacriq; Impe-  
rii tam inferiori, quam superiori banno, nec non aliis penis, quas  
per vestram sententiam inciderunt, liberi et soluti sint, ac itemus  
in nostram Sacriq; Imperii gratiam, et favorem recipiantur, suisq;  
pistinis Juribus quos prius habuerunt, restituantur. Praeterea  
promissimus, Nos toto nostro vitae tempore nullas unquam contra  
ipsos habere praetensiones, serioq; mandavimus, ne contra Communi-  
tates Gedanensem et Elbingensem, ceteraq; eis annexa oppida secun-  
dum supra memoratam sententiam ullo modo, sed in silentio proce-  
datur. Quae omnia tibi exequenda committimus. Datum Viennae  
d. 4. Mensis Augusti, Anno Christi 1515. Romani Imperii nostri 30.  
et Hungarici 26.

Ad Mandatum Domini Im-  
peratoris.

1122

Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a diplomatic document or a list of entries. The text is written in a dark ink on aged, yellowish paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be headings or section markers. The overall appearance is that of a historical manuscript page.